
In Laudem huius opusculi.

NI bona (prisca licèt) non consuetudo ferenda;
Dirue, quod rectum ius negat esse suum.
Sit speciosa licèt tua, si sit adultera forma,
Vera magis grata est, altera fucus erit.
Iste *Notas* pariterq; *Nothas* dat (perlege *Lector*)
Quèis miserè est rudibus *Musica læsa Liber*,
Est dignus quem sæpe legas facilisq; paratu est:
Multus in *Authorem* sit tuus ergo fauor.

T. H.

De ingenuo Iuvene T. R. (annos 22. nato) *Musica*.
Studiofissimo, huius Libelluli
Authore.

RAra auis *Arte Senex* Iuvenis; Sed rarior est, si
Aetate est juvenis, *Moribus* ille *Senex*.
Rara auis est *Author*; (pœné est pars (1) *Nominis vna*)
Namq; annis juvenis, *Moribus, Arte Senex*.
(2) Non vidit tria *Lustra Puer*, quin *Arte* probatus,
Vitâ laudatus, *Sumpfit* in *Arte* *Gradum*.
Quale fuit *studium, Liber* hic testabitur; in quo
Vim, Vitam Numeris reddidit ille *Nonam*.
Quâm benè castigat, malè quos induxerat *Vfus*.
Errores, *Priscas* hîc renouando *Notas*?
Arte Senex, Virtute Senex, atate Adolescens
I bone, Rara auis es; Scribe bonis ambus.

(1) *Rauon-*
croft.

(2) *Ad annos*
14. Creatus est
Baccalaureus
facultatis Mu-
sica in Academ:
Cambrig.

R. LL. Theo-muso-philus.

FINIS.

THE